



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Aloysia de Carauajal quae. Ibidem

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

At Prudentia Dei sapientiae ad manum sunt quantumvis longinqua praesidia. 1603
Aloysia de Carauajal à Regibus Aragonum non inferiores origini animos du-
cens, totam leuebat Deo tradere non vulgari studio sed excellenti quadam
mentis ac virium contentione. Formauerat illam à teneris ad pietatem Deus
soliditudinis puritatisque amore, quatum præsidio virtutum, spretis aulae deliciis
Aloysia de
Carauajal
qua fuerit
& allectamentis, in Cœlestis sponsi amplexus ruens, tam magno eius solius
potiundi flagrabat desiderio, vt cùm primū mortuis parentibus sui iuris
esse cœpit, ab leuē cuncta qua in deliciis mundi esse solent abdicarit, editis Ca-
stitutis, paupertatis, & obedientiæ votis, in rerum quarumlibet vſu quæ ei
prouenire possent à Superiori quemcunque delegisset regenda. Adulta cum
tutore coacta iudicio contendere de dote recuperanda, manu victum & ve-
stimentum quererebat sibi atque ancillis aliquot quas ad insignem pietatem educa-
bat, neque propinquorum, et si nobilium & locupletum, benevolentia vo-
lebat vti, qui copiolam pro dignitate sustentationem offerebant. Recupera-
tam dotem intergam cōsignat in Creswelli (tanquam Anglicanæ Missionis Vi-
ce-Præfecti) potestate (ea erat post legata & debita perloluta, & litis lumpi-
tus, duodecim millium ducatorum) Frequens enim sermo de exilibus An-
glis cataraque vexatione Catholicorum qui in Regiam Vallisoleti ciuitatem
defrebatur, lectio etiam vitæ atque Martyrii Edmundi Campiani, & Henrici
VValpoli, coniuncta cum assidua diuina meditandi consuetudine, ardorem
tam magnum in nobili pectore accenderat, vt non sua solum, sed ipsam se
Catholicæ fidei in afflita Insula Iustinendæ dicare conlectareque decerne-
ret. Igitur pecuniam Tyronum Anglorum domui inchoandæ destinat, suam
deinde secutura liberalitatem, & prælensis in Regno exceptura domo quos fo-
ris aluerat.

III. Harum rerum originem & progressum, quoniam in ultima quam
Hilpanias linquens concripsit voluntate, compendio ipsa declarat, non sine
sancta adgratulatione percurrit pius lector. Sunt autem huiusmodi.

Ego Donna *Aloysia de Carauajal*, sensibus perfectè, & claro (quo me do-
Eius testa-
mentum.
tare dignatus est Deus) intellectu fruens, hoc meum Testamentum & ultimam
*voluntarem facio, & declaro, in nomine Dei Domini nostri, & in ag-
nitione & professione Sanctæ fidei Catholicæ Romanæ. Et ante omnia ani-
*mam meam offero in misericordes manus Creatoris & Domini mei, per in-
tercessionem Sanctissimæ Virginis Dominae nostræ, & omnium Sanctorum,
eorum prælertim quorum ego patrocinium semper optauit. Humiliter pro a-
more Dei rogo Superiores Societatis Iesu, & Præpositum domus Professæ v-
ti mihi velint ex gratia concedere paruum aliquem locum in sua Ecclesia, in
quo terræ mandetur corpus meum, idque intuitu devotionis qua ex animo
proleculum semper ipsorum Sacram Religionem: Cui Religioni, eo modo
quo cedidi maximè esse ex obsequio Dei, offero ingenti affectu parvum licet
conum, cùm amplius non possim. Quod si negata mihi fuerit sepultura in
*illa Ecclesia, Testamentarij procurabunt me sepeliri in alio aliquo Collegio***

Oo 2

Socie-